



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 30. Carolus de Pace perimitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

Sæcul. XIV. didit perferendam ad tres fratres (proba-  
A. C. 1386. biliter etiam Jagelloni) Lithuaniae Du-  
ces.

## §. XXX.

*Carolus de Pace perimitur.*

Ludovicus Magnus Hungariæ Rex Idi-  
bus Septembris an. 1382 naturæ ces-  
ferat filias relinquens duas, Mariam, &  
Hedwigem susceptas e secunda conjugē  
sua Elisabetha Regis Boffinæ filia. Ma-  
ria ut natu major successit in Hungaria:  
sed quod ne nuptiis quidem, nedum regi-  
mini matura esset, Elisabetha ejus mater  
regni gubernacula tractavit, sed tam ma-  
le, ut multorum Optimatum odium subi-  
ret. Qui per nuncios Neapolim missos  
Carolo de Pace pariter stirpe Andegaven-  
si-Sicula orto sceptrum offerebant. An-  
nuit: venit in Hungariam; & solenni ri-  
tu coronatus est. Verum aliquanto post  
Elisabetha negotiorum specie deceptum,  
ac sibi assidentem per insidias necari vo-  
luit. Sicarium agebat Vir nobilis Blasius  
Forgachius, qui valido acinacis ictu ca-  
put ejus ad oculos usque discidit die S.  
Dorotheæ 6 Febr. 1386.

Rex Neapolis erat statura brevi (un-  
de Carolus Parvus plerumque dicitur)  
capillis flavis, facie decora, voce amœna,  
incessu moderato; probe versatus in poë-  
mati-

*Jo. Thur.*  
*p. 110. 111.*  
*Ec.*  
*Bonfin. pag.*  
*360. Ec.*

*Th. Niem.*  
*s. 29.*

matibus, & historiis, quibus oblectare se <sup>Sæcul. XIV.</sup>  
 post cibum solebat. Occisus est anno <sup>A. C. 1386.</sup>  
 ætatis suæ quadragesimo. Corpus ali-  
 quot annis inhumatum mansit in Vice-  
 gradino S. Andreae cœnobio: quia sa-  
 cro Urbani fulmine percussus sepelire au-  
 debat nemo. Mors illius exfuscitavit  
 Andegavensis familiæ jura ad regnum  
 Neapolitanum, quod Clemens parvulo <sup>Vitæ PP.</sup>  
 Regi Ludovico II contulerat die Pente- <sup>to. 1. p. 1253.</sup>  
 costes 21 Maji anno 1385.

§. XXXI.

*Sigismundus Hungariæ Rex.*

Regina Elisabetha mox Caroli de Pace  
 mortem ex ordine perscribendam cura-  
 vit ad Sigismundum Luxemburgium Re- <sup>Thurocz</sup>  
 ginæ Mariæ suæ filiæ sponsum. Erat frater <sup>6. 2.</sup>  
 Imperatoris Wenceslai, & filius Caroli IV,  
 qui marchionatum illi tribuerat Brande-  
 burgicum, & Mariam infantem infanti de-  
 sponderat. Hunc Principem Elisabetha  
 jussit protinus adire possessionem regni  
 devoluti ad Mariam ut Regis Ludovici fi-  
 liam natu majorem. Interim Joannes  
 Hervartus Croatiae Gubernator summa  
 rerum in Hungaria potitus, ut Regis Ca-  
 roli necem vindicaret, facinoris partici-  
 pes omnes, etiam Reginam Elisabetham  
 vita expulit, & Mariam carceri manda-  
 vit.

*Hist. Eccles. Tom. XXIV. Dd Si-*